Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

92

Neque mortem timendam neque optan-
dam esse. Quoniam frustra timetur quod
evitari non potest: aut optatur quod illico
venturus est. hac adamantina lege
oritur unusquisque ut moriatur. Auda-
ci igitur animo insistendum est: nam nullus
maior hostis in mortis periculo quam timor:
ipse quidem ingenium et rationis discur-
sum obumbrat. Et corporis vires dum
maxime illis opus est adnihilat. unde
solet ut plurimum perniciem evitari. Aliquando
tamen per accidens timor iuvamentum prestat.
sedat enim singultum si ex repletione
fiat: nam propter retractionem spirituum ad
membra intrinseca ex parvo timore
vigoratur naturalis calor ex propria
unione in membris centralibus cum
virtus unita maior sit se ipsa dispersa:
ex cuius vigoratione sequitur citior con-
sumptio et facilior resolutio materiei
mordicantis os stomaci: unde singul-
tus causabatur. Et hec est cautela
expertorum mulierum dum singultant
pueri imponere illis timorem ut sin-
gultus citius reprimatur. Eadem ra-